

www.e-rara.ch

**Introductioes Apotelesmaticæ elegantes, in Chyromantiam,
Physiognomiam, Astrologiam naturalem, Complexiones hominum,
Naturas planetarum**

Indagine, Johannes ab

[Strassburg], sub annum Domini M. D. XXII

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-84446>

De iudicio complexionum

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

IN LIBRUM DE PERNOSCENDIS PLANE-
tis horoscoporū & signorū ascendentū ex quattuor
Complexionibus, Ioannis Indagine.

P R A E F A T I O



SCIO quid hic dicturi medici sint, si uiderint in suā
messē falcem misisse me: atq; illud mihi oppro-
brabunt fortasse. Ne sutor ultra crepidam. Quibus
nos obgannimus uicissim. Plerūq; & holitor oportu-
na loquitur. Neq; etiam protinus doctum facit
professio, sed labor atq; industria. Quę quoniā mo-
derate nobis contigerunt, ne modicum etiam illud
celare uolumus studiosos. Illud in primis obtestantes, ne ante damnent
q̄ legerint nostra. Subinde si alia dixerimus ab Galeno & Auicenna, q̄
ipsi scripserint, hactenus condonent licentiam hanc nobis: q̄q̄ pro uiri-
bus conati hic sumus, ut & illis diceremus consentanea: nisi quantū astro-
rum scientia nos ab illis cogit dissentire. Non enim hic nostrum negoti-
um agere uolebamus, sed iuuare medicos, qui alioqui ex complexionibus
omnia dijudicant, ut non tam protritis illis freti manuuctionibus,
utputa urina, physiognomia, & pulsu, ac huiusmodi, quę imponunt non-
nunq; parum sollicitis, q̄ etiam ex Astrologia saluare ægrotos possent,
atq; cognoscere qualitates hominū. Operam nostrā boni consulite, qui-
cunq; Lectores estis, non studium ipsum nostrum metientes, sed cona-
tum. Ad rem ipsam properamus.

Quid sit Complexio.

EST AVTEM COMPLEXIO, autore Auicenna, qualis
tas quę ex actione ad inuicem & passione contrariarum qualitatū
in elementis inuentarum resultat. Quam diffinitionē qui uelit exancla-
re ad unguem, actiones illę & passionēs quomodo in se agant mutuo, les-
gat eum autorem lib. 1. fen. 1. doctrina. 3. cap. 1. Nos premittere oportet
tebat: ne quid non diceremus quod ad rem pertineret. Sicut & illud de
quaternario numero elementorū, de qualitatibus primis, de illorū actio-
nibus mutuis, quę petenda ex philosophia sunt naturali. Neq; enim id
intendebamus, sed quantū ad stellas & genituras pertinet, adsignare ra-
tionē, cum complexionē alicuius nouerimus, quibus stellis uel planetis
fiat, ut ad hoc uel aliud ille inclinatio est. Exempli causa. Sanguineus ali-
quis est, sed uerbero, raptor, sanguinarius, quę in sanguineis raro sunt:
coniicio hunc Saturnū, uel Martē habere in horoscopo natiuitatis. Na-
turam singulorū planetarū subiecimus. Ad hæc quia magnopere condu-

Comple-
tio quid

cit & Physiognomia, & Chyromantia, utraque premiffimus: & hic etiam infperimus, quantum rei presentis conuenire nobis uidebatur.

De his que bonam faciunt uel malam complexionem.

NATVRAM bonę complexionis, uel malę, Albertus uir naturalium rerum non imperitus, in tribus ait consistere, in debita corporis mole, in eleganti membrorũ dispositione, & in uenustate coloris. Ex his licebit conijcere ingenuitatẽ complexionis, siue ad sanguinem, siue ad phlegma. Rursum habitudinẽ malã in nimia crassicie, nimia macilentia, in inmodica tenuitate, corrugatiõẽ & squalore: que quẽ possederint, faciunt melancholicũ, choleriũ, uel phlegmaticũ. Crassitudo enim ex inmodico frigore & humore est, macilentia ex caliditate & siccitate, squalor ex frigore & humore. Quibus hic secus quibusdã placeat. Porro gelu & humor phlegma faciunt, caliditas & siccitas cholera, frigiditas & siccitas melancholiam.

Crassitudo
do
Macilentia

De obseruantia complexionis ex colore.

Color trifarius.

HABITVDINI corporali suffragat & color. Eam trifariã partiunt. Nam quendã inesse capillis, aliũ cuticulę, tertium oculis. De his admodum plura etiã Aristoteles. Omnes si in unũ computentur, aut ex equalitate consistunt, ut albus rubeo permixtus. & caussatur ex abundantia humorũ. Aut ex inequalitate, siue ex obliquo conueniunt: uerũ nobilior que ex equalitate consistit humorũ. Differentiã si scire uoles, ex senario dependet. Primus, ex albedine & rubedine est. Secundus, niger. Tertius, citrinus. Quartus, glaucus. Quintus, albus. Sextus, rubeus. Extremi sunt albus, & niger. Ceteri mediũ, partim ex albore, partim ex nigrore comixtionẽ habentes in equalitate. Optimus tamẽ, qui ex albedine & nigredine est, Autor Galenus. Notiones hæ sunt, albus conspersus rubore, tumenibus buccis, sanguinẽ notat: albus phlegma, pallidus melancholiam, fusus, subniger, niger, cholera.

Colorum
differentia.

De complexionẽ pernoscenda ex tinctu capillorum.

NEQVE obstat, quod de capillorũ natura autores referunt quidam, datam uidelicet ad decorem: quod sic ornatu splendoris non nihil adfert nature. Non ideo tamẽ abrogatur coniectura, cum multis argumentis testari possimus, etiam de complexionẽ. Verbi causa. Viros depiles & imberbes, aut eunuchos, aut phlegmaticos: nigros, & nigrantibus capillis, cholericos ut plurimum. Sunt autẽ quatuor, qui uulgati quidẽ sunt: niger, rubeus, glaucus, & canus. Glaucus ex humore melancholico est. Canices ex defectiõẽ caloris naturalis, & phlegmatis putrescentis, Rubedo uideatur adserere sanguinẽ, nigredo cholera, glaucedo melancholia, albus phlegma. Que causa est, quod rubor nigredini præfert, quod nobilior complexio sanguinis est, quã cholera. Et illud corpus optimũ est (teste Galeno) quod molliculũ rubeis capillis ornatũ est. Tamen si hic plurimũ re

Color
Glaucus
Canus
Rubeus
Niger.

fragetur Constantinus, nigrū ipsum preferens. tum quod fortior atq; stabilior est, tum etiā propter iuuamentū. Quęcūq; enim supfluitas magis est nociua, eius expulsio presentius iuuat. ut cholera succensa, & sanguis adustus magis cōficiunt, q̄ sanguis nō adustus. uerum ad istius expulsionē sequit̄ generatio capillorū nigrorū, & non rubeorū: prestat igitur rubedini nigredo. Alijs aureus magis placet, cum nigrore in oculis. Quod utrūq; etiā sinamus. Alberti placitū est: optimū colorē optimā designare complexionē cerebri, uidelicet calidā & humidā. Tametsi in operationibus naturalibus, magis conueniat caliditas & siccitas, maxime ad apprehendendū aliquid. Ab calore est enim quod uelociter rem aliquā deprehendimus, ab siccitate memoria & firmitas retinendi. Ab calore motus est & agitatio, ab frigore quies & tranquillū. E quibus ratiocinat̄, magis cerebri complexionē cōuenire siccitatē, q̄ humiditatē. Videmus em̄ quibus cerebrū est humidū, hebetis ingenij esse, somniculosos & tardos: siccum uero, acres, uigilantes, sobrios. Quam plura igitur ex capillis deprehendi possunt, quę ad cōplexionē spectant. Sed in presentiarū satis.

De complexionē Cholericī.

GHOLERICAM complexionē facit caliditas & siccitas. Vnde qui calidi sunt & sicci, cholericī uocant̄. Agnoscunt̄ autē ex physiognomia, & urina, & ex horoscopo natiuitatis. Quo ad physiognomiā, oblonga habent membra, & ea gracilia, nimirum suffocato atq; extincto humore per caliditatē & siccitatē. Capillos habent interdū crispōs & retortos, interdū planos & nigros, nōnunq; etiā rubeos & duros, totū ex abundantia caloris. Oculos profundos, nasum acutū, faciē citrinā. Eloquiū uelox, pectora ampla, & hirsuta, egestionē adustas, & umbilicotenus hirsuti sunt. Vocē argutā, pulsum durū & preuelocē, gressus celeres. Procliuēs ad ebrietatē: ob stomachū, & calidū cerebrū. Insomnes, proni ad coitum, oculos habētes citrinos, os amarū, linguā asperā, torsiones in stomacho, siticulosi, cito caligantes in oculis. In somnis & uisionibus nocturnis uidentes rogos succensos, flammās, morticinā, sanguinē, lites, homicidia. Atq; eousq; de physiognomia corporali. Ceterum iuxta animū audaces sunt, iracundi, & qui recōciliari statim possunt: dociles, ingeniosi, fidi, prodigi in dandis rebus, synceri, zelosi, amatores iusticię, impingentes in lingua ubi irascunt̄. neq; em̄ feruor ille sanguinis sustinet, ut seriatim uerba promant. Tametsi quidā sint, quos eousq; pduxit labor & assiduus conatus, ut multa huiusmodi possint dissimulare. Sed nō potest tamē laena tincta mutare colorē, atq; id admodū perspicue deprehendi pōt. Quicquid em̄ preter naturā accersitū est, uel cōquisitū, dissimulari diu nō pōt.

Rationes de proprietatibus Cholericorum.

RATIONEM si quis poposcerit dictorū, talem damus. In primis de irascentia: q̄ quoniā humorē suppressit, flagrat uelut flamma absconsa ali

Physio
gnomia
Chole-
ricorū.

Irascen
ia
choleric
Prodigali
rits.
Audacia

Agiles
Dociles

quādiu. q̄ ubi rimulā adepta fuerit, erumpit in incēdiū. Idē prodigalitē casusat, hac illacq̄ diffundēs se p̄ latera, nō sursum. Similit̄ & audaciā, propter elationē spiritū & caloris. unde inēdū difficillima conant̄, & promittunt (ne dicam) impossibilia, gestiente atq̄ saliente corde prę nimio estu. Eodē ptinet exile caput, cū amplo pectore: quod ex eodē corde prouenit calido. Quod etiā agiles sunt & dociles, nemo etiā nō uidet perpolire atq̄ habilitare oīa. Sic gracilitas ob defectiōnē humoris est, proceritas ex calore, qui in altū tendit. De planetis conuenientibus ad cōplexionē. PROXIMI nunc planetę sunt, qui q̄n̄ dominia suscipiant opere precū est cognoscere. Hī quādo ascendentes, uel in radice natiuitatis sunt, licet ex Astrologia artificiali discatur, tamē hic citra erectionem figurę auscultatur, attenta sola physiognomia & complexione.

De Saturno in radice natiuitatis Choleric.

AB SATVRNO sumamus exordiū. Hic in radice natiuitatis collocatus ē, si uideris hoīem subpallidū, defixis oculis, lento gressu & tardiusculo. Reprimit em̄ nō nihil innatū calorē Saturni frigus: uerū macilentia nō adimit. Oculos submīstrat minutos, neruos & ingeniū ad pessima q̄q̄ meditāda, sub p̄textu honestatis: quod esset aliq̄ bonū, si nō tā maligno sydere obscuraret̄. In dandis etiā cōsilijs, plusq̄ dici pōt, ad oīa nepharia p̄petrāda, cōsultissimū, uidelicet ad expugnāda castra, ciuitates, oppida, ad instituēdas proditiōes, & bellorū acies. Hęc oīa solis



tarius agit, lugens ac moerens. adeo nihil est scelestū, & facinorosū quod ille nō audeat. Interim tamē omnibus ijs plurimum sibi placens. Alioqui parcus in cibo & potu, semper irrequietus, semper sollicitus, semper in laboribus, quasi omnia ad se corradere possit. Obiter de Saturno hæc.

De Ioue in radice natiuitatis Cholerici.

I V P I T E R benignior est. Facit cādida cute, & proluxa barba, recaluā strū i frōte, coma subruffa uel tincta, facilē ad irā, & itē facilē ad redeundū i grām. Dispōit ad cōsilia, & ad prudēt dispēsanda publica negotia: rōne t̄pamēti & caloris. Signū est in radice locatū esse, quib. cōditōes hmōi.



De Marte in horoscopo natiuitatis Cholerici.

M A R S si dñiū in genitura aliq̄ obtinuerit, facit colore rubeū, ueluti ambrustū ab sole, rotunda facie, felinis oculis, atroci aspectu, insolentē, indomitū, incōstātē, nugacē impostorē. Alioq̄ i rebus agēdis celerē, depilē in uertice, mediocri statura, crasso syncipite, naribus prominētibus: q̄ cum gradit̄, distantes passus locat, atq; hos ueloces. uictoriosum, audacē, frivolum, seditiosum, gulonem, hostem humani foederis, & cui ne cū amicis etiā cōuenit bene, futurū ductorem exercituū, aut tribunū plebis, sanguinarium, rixosum, nugatorē insignem, maliciosum. Nihil admodū ab Saturno distans, nisi quod ille consilijs molitur, id ille factis exequitur. Sine deo, sine fronte, sine pudore persequens eos qui probitatis & uir

♂ a B
differe

q̄ tem
peraz
menz
tū b

§ cum
q̄ rez
trog.

tutis studiosi sunt: tam sine mente, ut solus sibi sapere uideat: tam cecus, ut nulli unq̄ bono precari bene possit. nisi Veneris accedat delinimentū, quę quia frigida est, & humida, ob insitū natura frigus, remittit nōnihil alterius feruorē. Carnē multiplicat, & blandiorē facit hominibus, pro ferocitate iocunditates p̄cipat, & ciuilitatē, oscula, comessatiōes, otium, uoluptates, pulcritudinē, dulcedinē, circūuentiones mulierum. Efficit & peieratorē, scedifragū, uiolatorē iurisiurādi, in sui p̄suis factis parū sollicitū, quę Veneris proprietates sunt. Quāq̄ em̄ nō adeo malę sint, tamē illi us bonitatē alterius contaminat malitia. Omnium pessime seducit ubi domiciliū Saturni permigrauerit, id est Capricornum, uel Aquariū. Aut si Mercurius in domo Martis retrogradus fuerit, hoc est in Ariete, uel Scorpione, tūc em̄ facit impudentē, desperatū, incorrigibilē, maxie ubi bene potus inebriari cœpit: tunc obbrutescens, homo esse desinit. In rebus mœchanicis p̄claros atq̄ spectatos opifices facit, çris aut ferramentoꝝ rū fusores, lanios, carnifices, chyrgicos. Et si accesserit illi Venus, barbifonfores. Si uero Mercurius, qui malagmatis & emplastris occupat se, chyrgicum, uel unctorem.



De Mercurio in radice natiuitatis Cholericorum.
S I N A V T E M in radice fuerit, locatus autē perperā. i. in domo Saturni, uel Martis, & nullū habuerit aspectum benignū, aut cōmixtionē Ve

neris, Iouis, uel Lunę, fere peior frequenter Marte est. Id uero ex illius factis sic deprehendes, facit sacrilegū, p̄donē, uiolatorē sacrorū, incendiariū, interfectorē, exulem a patria, oppressorē pauperū, pupillorūq; & uiduarū. Necq; id quidē satis, quin & hēitare in fide facit, & ære implicans nunq; soluendo, semper inuolutū periculis, semper proficientē in peius e charibdi in scyllam, iuxta prouerbiū. Hęc si fortasse primo obtutu non omnibus patent, ex raritate capillorū pernosci possunt. Secus si Venerē propitiā habeat, aut Iouem, uel Lunam. Cum Venere argentarios facit,

♀ cum
♁, ♃
uel ♃



De Sole in radice natiuitatis Cholericorum.

♄ V M Sole perraro fit, ut suā cōmixtionē cholericis impertiat. nempe sanguini additior q̄ cholere. Facit autem alioqui in colore fuscum, modico cum rubore, carnosum, & p̄grandibus oculis, barbatum, bene capillatum, capite obeso & rotundo, mediocri statura. Insuper etiā iracundum, sapientem, hypocritam, largum, cupidum laudis, sonora uoce. Interdum etiam audacem, ubi probe fuerit adpotus.



De complexione Phlegmaticorum.

PHLEGMATICORVM complexio frigida & humida est. Nam græce φλέγμα humorē significat. Atq; hic multa distinguunt de humorū diuersitate medici: quæ quoniã nota sunt, libenter conuiuebimus. Ceterū phlegmaticum ubi ex physiognomia uelis pernoscere, unam faciem contere qua præditus est præpingui & alba. Est carnosum corpus, pectus depile, uenæ strictæ. Eius rei hanc adsignant rectionē: quia frigus crassici ei, semper causa est & somnolentiæ: propter fluorem permixtū frigidus, atq; inde etiã esse, quod coitus appetentes non sunt, nisi uino admodum madidi, aut aliunde calefacti.

De Saturno in radice natiuitatis phlegmaticorum.

NON RARO phlegmaticis dominaat Saturnus, & ratione frigiditatis præcipat cū phlegmate. Id autē operat quod alias ex natura solet: nisi quātum obsisterit illi cōplexionis bonitas. pspiciū est eī, quod in natiuitate cōstitutus hominis sanguinei, nō tantū uiriū habet, quantū in melancholico uel phlegmatico, reluctante nimirū natura cōplexionis. Sic iã in natiuitate phlegmatici, hoīem suapte natura obesū, ac circa oculos liuidū facit & tardū, submisso capite & humeris, tristē, odibilē, inuidū, detrectatē optimis qbusq; patronū malorū, & ad machināda peruersa doctissimū.

Et licet interdum uideatur agere aliud, & conuiujs letantiū inmiscere se, familiaritatem tamē diu nō sustinet, aut certe deiectus moeret. Facit & in ciuilem, & agrestem, atq; nō tam nō studentem urbanitati q̄ aliorū etiā moribus & ritibus bonis aduersantem. Ingenio plumbeo, & retuso, capientem uix multa cū industria aliquid: in malis uero tum excogitandis, tum discendis suapte natura industriū. Etiam pauciloquum facit. Porro inmodica taciturnitas illa misantropiam gignit, in primis uero mulierū, contra ordinē, contra sexum, contra naturā. Cui seueritati proprior accedit appetitus uindictę, ira, inuidia, curiositas rerum alienarū. Cum Marte uero quid faciat, tedet ferme adscribere. Facit hunc audacem, temerato- rem, scelerosum, precipitem, improuidum, inobedientē atq; in ijs agentē constantissime. Et si Mercurius quoq; comes uel socius sit, infidiatorem, infidelem, male sentientem de deo, de superis, de religione: deceptorem amicorū, homicidam, rixosum, sacrilegum, & p̄donem sacrarū rerum. Iam ubi talē aliquē uideris phlegmaticū, conijce hunc Saturnū male, uel Martem habere in natiuitate: si aliunde hoc ex erecta figura non licet.



De Ioue in radice natiuitatis Phlegmatici.

I V P I T E R deinceps in ascendēte, calore suo frigiditatem phlegmatici tpat leniter: temperatū corpus, mediocre & molle reddit, non graue, aut

carnosum nimis. Ornat etiam perquam uenusto capillitio, optimis moribus, optimis gestibus dulci eloquio, pace, religione, sanctimonia, iustitia, ueritate, consilio, misericordia, clementia. In uestibus & corporis decore paulo plus facit curiosiorem, atq; in huiusmodi etiam felicem & prosperum,



De Marte in radice natiuitatis Phlegmatici.

MARS si male in natiuitate Phlegmatici, inuentus fuerit, facit in colore subruffum, coactę atq; coagitatę naturę, fortem, audacę, loquacem, mendacem. Nec tam clemens aliquis aspectus aliorum planetarum est, quin si dominium nati fuerit consecutus, malitiam suam non exerat in eum. Adurit in uertice capillos, amplificat faciem, & inspissat caput, facit crudelē, & toruū aspectu, audacem, præferocem, alacrem, præpetem, importunum, iracundum, uerbosum, iactabundum, proditorem, proteruum, spiculatorem, autorem, discordiarum, raptorem, uerbronem, paricidam, flagrionem, matricidam, amicorum clancularium emulū. Tametsi si mitius agat hæc omnia in Phlegmatico, q̄ in Melancholico, uel Cholericō. despumante nimirū ac deferuescente calorē Phlegmatico humore. Vitā alioqui incidit, dirumpitq; fatalē illā chordam, aut præcipitio, aut inopinata morte.



De Venere in radice natiuitatis Phlegmatici.

V E N V S lasciuientem facit, lubricum & letum, elegantē & gratū, amabilem, comem, suauem, pium, benignū, iustum, syncerum, corpore candido, eloquio dulcē, coma densa reflexa molliter, uel crispata, potorē, musicum, cytharedū, cantorē. Et artibus quæ manu fiunt, pictorē, & earum artiū studiosum, quæ absq; fordibus sunt. Cum Mercurio poetā facit, mathematicū, oratorē, gymnosophistā, lanistam, chironomū, & in ijs omnibus acceptū hominibus, boni rumoris & celebrē. Mars ubi irrepserit, cōmutat p̄ n̄s fraudulentā, uaniloquium, & ea quæ suarū uirium sunt.



De Luna in radice natiuitatis Phlegmatici.

L V N A facit album, asperso rubore modico, capite denso, coniunctis sup̄cilijs, oculis pulcris, & fortasse inæqualibus, laboriosos, maxime in tē

tandis atq; peruagandis itineribus uarijs. & si in signo fuerit aquatico, id est in Piscibus uel Cancro, supra modum pingues facit.



De Melancholica complexionē.

MELANCHOLICA complexio frigida & sicca. Nascitur autem ex humoribus superfluis & adustis. Et ut paucis dicam, fex illa sanguinis est colata a splene. Sapor eius inter dulce & ponticū medius est: diriuaturq; ab epate. cuius una portio mittitur ad splen, altera relegatur ad singula membra. Qui ad splen dimanat, risum diminuit. Quo fit: ut qui eo humore inmodice abundant, parum rideant. Illorū caluarię tam & si durissimę sunt, perq; facillime tamen offendunt a gelu. Quin & hoc illis familiare est, quod in iuuenta plus sapiunt q̄ in posterioribus annis. senescunt autē q̄ citissime, prematura adhuc etate erumpunt illis cani, deflaccescūt capilli, tardiuscule irascuntur, uerum semel prouocati acriter, nō desinunt citra conuitia & uerba. Fere nihil probant earum rerum quę ab uulgo laudata sunt. nō sinit enim hoc sanguinis malitia calore priuatus, præterea uenę illę restrictę, & sanguine uacue. Sed neq; coitum permittunt, nisi ab mulieribus admodum impetantur & sollicitentur. Ossa habent dura, corpus aridum, cutem asperam, quę omnia corrupti ingenij indicium sunt. Nam præterq; quod iudicium illis est admodum pingue & obtusum, etiam inmodice perciti inuidia sunt, rancore, tristitia, suspicionibus, impudentia, stoliditate, & si quid rjs excogitari potest malignius. Odiunt in hominū cętu uersari, amant secessus & umbras, subducunt ab omnibus conuentibus se, pauitant ubi timendū minime est. Observant somnia, quę & cōtingunt illis semper uerissima Auaritia illis cōnata est. Inebriati, ac constituti inter muscen & uinum, lachrymantur. Neq; statim concredunt etiam amicissimis se, uerum semper latens secum uene

num alunt in aliorum perniciem. Hæc generatim dicta sint.

De Saturno in natiuitate Melancholici male
fortunato.

I A M si pessime complexionis pessimus planeta accesserit Saturnus, omnia hæc mala conduplicat, & exaggerat. Facit facie distortum & ineptum, discoloratū, tristē, timidum, desperatum, fordidum, obsoletum, uarium, toruis & trucibus oculis, fetulento anhelitu, profundarū & earundem malignarum cogitationum, sui sensus, sine fœdere, sine iugo, grauitèr incedentem, ignauum, labijs spissis, scapulis carnosiss, signatū in pedibus uel calcaneo. Ex artificijs cerdonicā callentem, & si quæ sunt ex his uiliora. Hoc de Saturno tantum. Fit autē nō raro, ut illi ad societē & Mars

h cū ♂

h cū ♃
uel ♁.

h cū ☾




De Marte participante in Melancholico.

M A R S autem si solus perhibeat testimoniū cōplexioni absq; Saturno, semp facit calumniatorē, minaci uultu, mediocriter audacē, signatū in facie, lentū, incuruū, fallacē, timidū, pcliuē ad furta, ad latrocinia, & quicquid dāna iherēda pxio, ēt nō nocenti se. In cuius domiciliō si retrogradus fuerit

DE IVDICIO COMPLE

Mercurius, aut impeditus, melancholicū facit mente captū, uitia sectan-
tem paterna, & paternis infectum moribus pessimis. ut si fatuos ille ha-
beat parentes, aut aliunde male morigeratos, nullis neq; terroribus ab
illorum poterit diuelli peruicacia & semel imbibita consuetudine.



De Mercurio in radice natiuitatis Melancholici.

MERCVRIVS in hac cōplexione si euerfus fuerit, facit incredulū, male
sibi consciū, literatū tamen, & uaniloquum, ardelionem & iactabundū,
maxime si quid pferendū ex literis est, aliud tamen semp in ore, aliud in
corde habentem, alijs persuadere uolentem quod ipse nō credit, acutum



persuasorem, scrutatorem multarum rerum, felicem quoque in factis suis, male uolentem tamen amicis & de se bene meritis. Saturnum si secum habuerit, facit peritum mensurandi agros, uineas, campestria, doctum architecturam.

De Luna in radice natiuitatis Melancholici.

LUNA si dominium in Melancholico assumpserit, facit corpulentos, tenaces, sibiipsis placentes, crapulosos, auaros, anima mala, monachos, sed qui rarissime seruant institutum. Saturnum secum habens, osorem facit hominum. Martem uero, susurratorem, & disseminatorem malorum. Mercurium, congerronem, obstreperum, nugacem, instabilem, & aliorum interpolantem uerba.



De Sanguinea complexionē.

SUPEREST ut de Sanguinea differamus complexionē: quę omnium censetur esse optima, atque paucioribus contingit. Eius proprietates obiter hęc sunt. Vocem habent acutam Sanguinei, iuxta hylares sunt & leti. Cuius causa est commotio spirituum & sanguinis calidi, subtilis, promanantis a corde ad os & cętera membra exteriora. Vnde carnem habent mollem, ungues tenues, delectanturque cantionibus, & ihs quę extra se rapiunt ac ponunt animum, faciuntque gestire. Salit enim in illis sanguis, neque sinit aliud agere quę sanguis mouet. unde neque diu, neque multum irasci possunt, propter innatam temperiem. Neque nocet illis coitus, propter abundantiam humoris spermatici.

De Saturno in natiuitate sanguinei malo.

SATVRNVS aut raro, aut nunq̄ sanguini participat. cū frigidus sit atq̄ sicus Saturnus, sanguis uero calidus & humidus. Plurimū illi in suis effectibus sanguis aduersat̄, raro etiam, propter nimiā caliditatē & siccitatem, Iupiter, Venus & Mercurius illi familiares sunt.



De Ioue participante cum sanguineo.

IN PRIMIS Iupiter cū dominium suscipit, candidum reddit in corpore, & rubedine quadā faciē resplendere facit, oculos nō omnino nigros, dentes candentes facit, & liberalē, mitem, pium, dilectum hominibus, cogitabundū, prelatum, nobilem, splendidū, spectatum, tacitum, tranquilum, uenustū. Est tamē quo in loco positus sit. Nam si in natiuitate orientalis fuerit, uincit in eo humiditas. Sin uero occiduus, formosiorē reddit



& decorū nimis. Mars tam & si perraro illi iungit̄, iunctus tamē addit au-
daciā, nō eā q̄ temere abutunt̄ Martiales, s̄ circūspectā & prudentē, qua
cū maxia tractabit, atq; p̄stituet posteris suū nomē factis suis egregijs &
celeberrimis, maxie in persecutiōe malignantiū & īpiorū hoīm. Ita si Ve-
nerem habeat secū, decorē decori, uirtutē uirtuti, uenustatem uenustati,
prudentiā addit prudentig, quin & totū q̄d boni ab Ioue p̄stitūtū est, pos-
sit, ornat, uenū exponit, ut magis ac magis placeat, deniq; ut nihil sit rerū
omniū quod illi non donatum uideatur.

De Mercurio in radice natiuitatis sanguineorum.

NON minus Mercurius alioqui indifferens, cū Ioue tamē doctum facit,
facundum, disertum, p̄conem, consultorē, acri iudicio, studiosum, disci-
plinarum amatorem.



CONCLUSIO.

HÆC atq; alia tā & si dicta fortasse prius sint in Astrologia nāli, nō tñ
eo modo, neq; in eū finē. Est autē finis (ut diximus) hmōi, ut p̄scita ali-
cuius complexiōe, ex hominis etiā gestibus ac moribus discamus, quē in
horoscopo uel bono, uel malo loco planetam habeat, & ex agnitione pla-
netę, deinde omnes illius conditiōes alias diuinari possimus. Non igitur
medicorū hic scripta damnamus, quę circa complexiōes scripserunt, sed
hæc uelut iam firmata p̄supponimus, iacto fundamento supstruentes
edificiū. Legāt qui uelint, qui nō uolūt, despiciāt. Id eī antea sciebam⁹, ut
qui ædificiū uellet cōstruere publicū, ab omnibus opus illius incesseret.

FINIS.

IMPENSIS AVTORIS LIBRI,

opera uero Ioannis Scotti Argentorat. sub

annum Domini M. D. XXII.